## Sermo quinquagesimusseptimus

C

in pace reducemini.

Habet etiam ⁊ dyabolus peregrinos suos qui quotidie faciunt dietam suam vsqꝫ in infernum. Unde ruth p. Abiit homo de bethleem iuda ut peregrinaretur in regione moabitide. Prima dieta est superbia. De qua ecclesiastici. x. Inicium superbie hominis apostatare a deo: quoniam ab eo qui fecit illum recessit cor eius. Secunda auaricia. De qua ysa. lvii. Abiit merens in via cordis sui. Tercia luxuria. de qua luce. iii. Filius prodigus abiit in regionem longinquã. Hac peregrinatione peracta recipiet eos hospites inferni cũ stridore ⁊ vlulatu ducentes ad cruciatus eternos. Unde ysayas. Clamabat alter ad alterum.

Ad tercium sciendũ ꝙ primo eis exposuit scripturas.

Secundo ab eis elongari se finxit

Tercio ad hospicium vocatus intrauit ⁊ ibi agnitus est in fractõe panis

Primũ generauit ardorem in mentibus eorꝫ ↄtra torporem incredulitatis. Unde dicunt. Nonne cor nostrũ ardens erat in nobis dum loqueretur nobis in via. Ubi dicit beda. Exaudito sermone cor prius torpore incredulitatis ⁊ timoris frigiduꝫ. igne spiritussancti est accensum. ut iam interno ardeat desiderio. ⁊ ad credenduꝫ veritatem se extendat.

Secundum elicuit ab eis orationeꝫ Unde bernardus. Finxit se longius ire. nõ quia hoc volebat. sed cupiebat audire. Mane nobiscũ: quoniã aduesperascit. Subtraxit namqꝫ se ut amplius desiderent. ⁊ desideratꝰ auidiꝰ reuocetur. ⁊ reuocatus fortius teneatur

D

Sunt enĩ tres alie cause quare gratia ↄtemplationis subtrahitur. Primo merito maloꝝ operum. Unde p̄mo occisi sunt filii zedechie. ⁊ postea exoculatus est. Item ꝑpter ↄseruatõnem humilitatis. Unde exo. Magna est gratia ↄtemplationis. duruꝫ liquefiebat ad ardoreꝫ solis. i. ad vehementiam temptatõnis. ii. Corint. Ne magnitudo reuelationũ extollat me: datus est mihi stimulus carnis ⁊ c. Item ꝑpter vtilitatẽ actionis. Unde ioh. xvi. Expedit vobis ut ego vadam.

Tercium ↄtulit eis manifestam cognitõnem. in quo innuitur ꝙ veritas melius opere q̃ verbo mõstraretur. Unde ecclesiasti. i. Fili ↄcupisce sapientiam. serua iusticiã ⁊ deus prebebit illam tibi. Gregorius. Excedens nõ est cognitus dũ loqueretur ⁊ dignatus est cognosci dum pascitur. Audiendo precepta dei illuiati nõ sunt. quia scriptum est Joh. iii. Non auditentes legis iussa saluabũtur a dñ̃o sed facientes iusticiam legis

### Feria tercia pasche. Epistola. Actuum. xiii.

In diebꝰ illis surgẽs paulꝰ ⁊ manu silentiuꝫ indicẽs ait. Uiri frẽs filii generis abrahã. ⁊ qui in vobis timẽt deũ vobis verbũ salutis hꝰ missuꝫ ẽ Qui enim habitabant iherusalem ⁊ principes eius ignorantes ihesuꝫ ⁊ voces ꝓphetarum que per omne sabbatuꝫ leguntur iudicantes impleuerunt. ⁊ nullam causam mortis inuenientes in eo petierũt a pilato ut interficerent

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-182/0272
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG